Caesar, de bello Gallico, I,9

Raum für Notizen

1 Relinquebatur una per Sequanos via,
2 qua
3 Sequanis invitis
4 propter angustias ire non poterant.
5 His cum sua sponte persuadere non possent,
6 legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt,
7 ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent.
8 Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat
9 et Helvetiis erat amicus,
10 quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat,
11 et
12 cupiditate regni adductus
13 novis rebus studebat
14 et quam plurimas civitates suo beneficio habere obstrictas volebat.
15 Itaque rem suscipit et a Sequanis impetrat,
16 ut
17 per fines suos Helvetios ire
18 patiantur,
19 obsidesque uti inter sese dent,
20 perficit:
21 Sequani,
22 ne itinere Helvetios prohibeant,
23 Helvetii,
24 ut sine maleficio et iniuria transeant.